

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 34. Pauci etiam magni peccatores, maximè recidivi, &
consuetudinarii, salutarem & convenientem, pro facultate sua,
admissorum criminum multitudine & gravitate satisfactionem acceptare
volunt, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

firmus post febris abscessum, ex ejus reliquiis adhuc dispositus ad illam, non censetur febris recidivam plenâ voluntate cavere velle, nisi careris cautius se velit custodiare, abisque abstinerre, quae Medicus ad cavadum recidivum cavadâ, cetera denique servare, que servanda præscribitur: sic grandis peccator, maximè consuetudinarius, post suam conversionem peccati recidivam non censetur plenâ voluntate cavere velle, nisi careris cautius se custodiare velit, ab iisque abstinere, quae cœlestis Medicus in Evangelio cavadâ, cetera que servare, que ibidem servanda prescribitur.

C A P U T XXXIV.

*Pauci etiam magni peccatores, maximè recidi-
vi, & consuetudinarii, salutarem & conve-
nientem, pro facultate sua, admissimum cri-
minum multitudine & gravitate satisfac-
tum acceptare volunt, atque ex hac etiam
capite pauci ex ipsis verè sunt ac plenè con-
versi.*

⁴⁵⁸ D E tribus esse debet plena voluntas ad plenam conversionem requisita. Utique 1°. de vita improverum emendanda. 2°. de adhibendis mediis, ad cavadum relapsum tam absolute quam respectivè necessariis. 3°. de convenienter satisfaciendo pro peccatis commissis. Nec sufficit ista vele utinam, sed velle oportet plenè, sive fortiter & integrè, inquit Augustinus 1. 8. Confess. c. 8. Post quem S. Carolus Borromœus Instruct. Past. p. 2. §. 8. Universi (inquit) quantu[m] in se est, eum animi dorem, qui jure in hoc Sacramento requiritur, habere conentur, cum firma & constanti deliberatione animi, tam pro præteritis satisfaciendi, tam viam improverum emendandi. Suntque ista tria de ratione contritionis, ut postea videbitur. At quām pauci sunt, in quibus triplices illa voluntas fortis est & integra! Videmus longe maiorem partem mundanorum hominum curare ad Coniectarios dantes parvas pro peccatis magnis poenitentias, & refugere dantes congruas. Sed quid de talibus S. Bernardinus Senensis? Non plus habent contritionis (inquit) quam dia-
bolus, to. 3. ferm. 35. de amore conterente. Plu-
ta hac de re vide infra, ubi de satisfactione.

C A P U T XXXV.

*Plenam magnorum peccatorum, post baptismum
laporum, præseritum consuetudinorum, fa-
ciliq[ue] & ciò relabentium conversionem ra-
ram effe, tñstantur Sancti, Scriptoresque gra-
vissimi.*

⁴⁵⁹ P RIMUS hujusce rei testis est S. Pacianus epist. 3 ad Sympronianum, ubi dicit, quod labor ille paucorum est, qui post ca[usa]m resurgent.

⁴⁶⁰ Secundus est S. Ambrosius l. 2. de penit. c. 10. ibi: Facilius inventi, qui innocentiam servaverunt, quām qui congruē egerunt poenitentiam. Ex quibus verbis arguitur sic: teste Ambrosio difficultius est innocentiam baptisalem, scilicet amissam, vera poenitentia recuperare, quām ad finem vite servare. Si difficultius, rarius. Quod enim difficultius, rarius. Atqui rari sunt, qui baptisimale innocentiam ad finem vite servant. Ergo rariores, qui eam amissam verā poenitentia recuperant. Rariores enim dicit Ambrosius, qui eam amissā congruē agunt poenitentiam, quām qui eam ad finem vite servant.

⁴⁶¹ Nec de sola ibi poenitentia publica loquitur

Ambrosius (de qua solūm obiter dicit, quod iteranda nostra sit, quia una tantum est poenitentia, quæ publicè agitur) sed hoc uno excepto, in ceteris omnibus quæ in capite illo decimo antecedunt & sequuntur, de iis agit quæ necessaria sunt ad poenitentiam, siam non publicam, & ad recuperandam innocentiam perditam, quod utique poenitentia facienda sit cum humilitate, & oratione, & fieri; quodque ad eam congruē agendum renuntiandum sit facculo, sibi ipsi, atque pristine vita, tollendaque crux Christi. Quæ certum est necessaria non esse ad agendum solam poenitentiam publicam, sed & privatam.

Tertius testis est Augustinus serm. 232. edit. ⁴⁶²

noviss. ubi sic: Abundant hic poenitentes, quando illis imponitur manu, fit ordo longissimus. Orate poenitentes, & eunt orare poenitentes. Discutio poenitentes, & inuenio male viventes... Mutamini, mutamini rego... Quero unum poenitentem, & inuenio, id est vix unum inuenio. Iste namque cū mitifilius sensus verborum Augustini.

Quartus testis est S. Gregorius ad illa verba l. ⁴⁶³

1. Reg. 6. si forte relevet manum suam, &c. id ipsum vehementer inquinans, cum dicit: Communi ad lacrymas cum magna fortitudine debemus. Quia siqu[ue] poenitentiam auferam facinri (qui profecto rari sunt) vix fiduciam alius invenire, negligentes (quales ut plurimum sunt consuetudinarii, & facile incidentes) salvi fieri quomodo possunt?

Quintus testis est B. Albertus Magnus in Paradiſo animæ, dicens, quod vera contritus est rau-
ra, scilicet D. Gregorius; nec semper credendum est,
veram esse compunctionem, ubi gemitus apparent
& lacrymae.

Sexto testes sunt omnes Sancti, qui paucos ex ⁴⁶⁵ Catholice adulis salvos fieri dicunt, in compara-
tione eorum qui perirent. Non quia non con-
tentur, sed quia non bene, defecit debiti doloris ac poenitentie. Dudum observavit hoc Gui-
lielmus Parisiensis de Sacram. Poenit. c. 6. dicens,
quod incomparabiliter plus dolendum atque lugen-
dum pro domino atque amissione spiritualium...
quam pro domino atque amissione quovadumque
temporalium. Major tamen pars poenitentium, in-
depe omnes è contrario facere videntur. Quia major
pars poenitentium incomparabiliter longè esse viden-
tur à condigno & congruo dolore penitentiæ, &
propter hoc à remissione peccatorum, atque à vir-
tute & effectu Sacramenti Poenitentialis, & propter
hoc pro remissione & absolutione reportare illusionem.

Idipsum obseruavit Adrianus VI. quodlib. 3. ⁴⁶⁶

q. 1. sine argumentis, atque ex ipso & cum ipso Rosemundus in Confess. c. 11. & seq. de contrit. poliquam enim dixit arduum cuiusib[us] & validè diffi-
cile esse, agere veram poenitentiam, & habere
dolorum sufficiem, qui sit contritus.... quia di-
lectio Dei super omnia, ad dolorem sufficiem
necessaria, est opus maxime arduum, & homini-
bus post lapsum sammē difficile.... Ideo, ut dicit
Adrianus VI.... major pars hominum, etiam Chris-
tii fidelium, est extra statum gratia.

Similiter Bellarminus conc. 32. de Resurrect. ⁴⁶⁷

Dom. §. at inquis: sic certè Confessiones hoc nostro
 sæculo sunt, ut ego vehementissime reformidem il-
 las audire, defecit scilicet veræ poenitentie. Nam
(ut ait conc. 8. & 9. in Dom. 4. Advent. Sacra-
 mentum Parientia Baptismus est laboriosus...
 requiriens gemitus, contritionem, lamenta, fructus
 dignos poenitentie, preces, jejunia, elemozynas,
& alia id genus opera, PROUT ECCLESIA CA-
 THOLICA tenet, ET SEMPER PATRES docuerunt....
 Ipse etiam Spiritus sanctus in Scripturis sanctis. At,
 ut paulo ante dixit, ad Confessionem veniens ho-
 mines omnes peccatis... fine operibus illis, & statim
 volunt expadi (id est absolvit, & ad sacram men-
 fam admitti) quasi hoc negotium esset ludus puer-

L 1 3